



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

Historiae Ecclesiasticae Pars Tertia, Qva Continentvr Hermiae Sozomeni
Salaminij lib. 9. Euagrij Scholastici Epiphanensis lib. 6

Christopherson, John

[Köln], 1569

Quòd Ariani & Meleriani Athanasium celebrem fecerunt, & de Eusebii apud
Athanasium solicatione, vt Arium susciperet, & q[ue] præ ceteris
omnibus Eusebius Păphili & Euthathius Antiochiæ epsicopus de ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-12718

cum iam vir esse inciperet, ante quàm erat creatus episcopus, his, qui cum ipso in colloquium fortè veniret, se sapientem & disertum virum probavit. Vt autem Alexander obiit mortem, Athanasius, què suum reliquerat successorè, indies in maiore gloria esse cœpit, quæ cū suis ipsius virtutibus, tum testimonio Magni Antonij monachi cōfirmata est. Nam cum Antonius eius causa accersitus esset, venit in vrbes, & ad ecclesias accedens, his, quæ Athanasius de deo sentiebat, suffragatus est: denique in omnibus rebus sibi amicum habuit, & eius aduersarios atque inimicos detestatus est.

Quòd Ariani & Meletiani Athanasium celebrem fecerunt, & de Eusebii apud Athanasium sollicitatione, vt Arium susciperet, & q̄ pro ceteris omnibus Eusebius Paphili & Eustathius Antiochia episcopus de voce consubstantialis summum inter se certamen iniierunt.

CAP. XVII.

Porro Ariani & Meletiani nomen Athanasii maximè illustre reddiderunt, qui tamen insidias illi tendere nunquam desistebant, tamè nullam aliquando causam ad eum capiendum repperire visi sunt. Primum igitur Eusebius per literas illius animum tentare aggreditur, velit ne Arianos in ecclesiam recipere. Quòd si renuat, verbis grauius minatur se illum malè multaturum. Vbi verò Athanasius eius nequiquam cesserit sententiæ, sed constanter asseuerarit eos, qui res nouas contra veritatè inuenissent, & ob eà causam essent à concilio Nicæno abdicati, minime recipiendos esse, Eusebius toto animo cōnitebatur, vt imperator ipse Arium recipiendum curaret, & ei reuertèdi potèstatè faceret, verū quemadmodū hæ res cōfectæ sunt, dicam equidè haud ita multò post. Illo tēpore episcopi de integro cœpere inter se, dum verbum $\delta\mu\delta\sigma\iota\sigma\mu$ nimis curiose expèdere laborât, magnopere discordare. Nā pars illos, qui hoc verbū apparèt, loqui blasphemiam putauerūt, vtpote filium essentiæ expertè opinantes, & cū Montano & Sabelio sentiètes: pars rursus eos, qui contra sentirèt, velut Gen-
tiles

S O Z O M E N I H I S T O R .

tiles auerfantes, criminati sunt, & cultū multorū deorū in-
 troducere studebant. In quibus rebus excutiendis Eusebi-
 us cognomento Pāphilus, & Eustathius Antiochenus mā-
 xime oīm sua ingenia exercuere. Nā etsi vterque filio pro-
 priā tribuit essentiā, tamē alter alterū tanquā diuersa senti-
 entē insimulauit. Eustathius quidem accusat Eusebiū, vti
 Cōcilij Nicāni de fide decreta innouantē: respondet autē
 Eusebius, se ea quidē approbare, sed Eustathiū reprehē-
 dere, velut Sabellij opinioni deditum.

*De Antiocheno cōcilio, & q̄ prāter equū & iustū
 Eustathius abdicatus est, cooptate in eius sede Eu-
 phronio, & quid Constantinus magnus, cōcilio et
 Eusebio Pāphili, qui Antiochiā thronū recusa-
 bat scripserit. CAP. XVIII.*

ITaque concilio Antiochiæ conuocato, Eustathius epis-
 copatu ecclesiæ Antiochenæ abdicatur. Cuius rei verā
 causam fuisse crebro hominum sermone celebratur,
 quod fidē concilij Nicāni approbat, quodq; Eusebiū cū
 suis, Paulinū Tyri, & Patrophilū scytopolis episcopū (quo-
 rum sententiā orientis sequebātur sacerdotes) vti sectę A-
 rianæ addictos detestatus est, eosq; palā incusauit: simula-
 tam autē, q̄ sacerdotij dignitati impuris factis dedecori fuis-
 se dephensus est. Propter cuius abdicationē maxima Anti-
 ochiæ seditio constata est: adeo vt parum abesset, quin mul-
 titudo gladios strinxisset, & tota ciuitas in graue periculū
 deuenisset. Quæ res vna eius causæ apud imperatorē nō
 mediocriter obfuit. Nā vt primū nunciatū est imperatori
 has res accidisse, & populū in duas partes diuisum esse, acer-
 bē tulit, & Eustathiū, velut authorē seditionis suspectū ha-
 bere cepit. Quāobrē vnū ex primariis satellitibus suis mit-
 tit cū mandato, vt plebi terrorē inijciat, & seditionē sine tu-
 multu & detrimēto cuiusq; restinguat. Qui autē Eustathiū
 abdicauerant, atq; Antiochiā ea de causa cōuenerant quo-
 niā inducere aīm, si vnū, qui suę faueret opinioni, essetq;ue
 imperatori notus, & literarū cognitione egregiē ornatus, il-
 lus ecclesiæ crearent antistitē, se alios sibi facile obsequen-
 tes habituros, idcirco rectum statuerunt sedem Antioche-
 nam